cta sanctorum nititur peruertere. Si enim sunt in ecclesia duo gladij ut fateur et ecclesia commissa est potestifici tanq; capiti regituo ab ipso capite auctoritatis quo est christus: utiq; et gladij commissi sunt ei. Si quia cogitur huiusmodi extortas facere expositiones in finem et dominum temporale auferat a potestate pape ideo non est aduertendus. Hoc etiam falsum est quod christus fuisse negligētia notatus si apud ipsum fuisse potestas secularis cu[m] ut ipse tangit christus fuit nec eius vicarius habuit immediatam executionem circa dominum temporale licet haberet plenam iurisdictionem in tali dominio unde negligētia fuisse notatus si immediatam administrationem habuisset: et illam non exercuisset. Alia etiam que inducit nec responsione digna sunt videlicet: si christus voluisset mysticu[m] sensu[m] in suis dictis includi quod tunc responsiones non correspondet ad interrogata dicta pulorum qui scire solebant an gladij duobus esset pugnandum: et christus dicere voluit quod non: etiam si satis essent: ideo non possunt habere mysticum sensu[m] super duas potestates. Etenim christus per sua verba utrumque complexus est litteralem et mysticu[m] sensu[m]. Sed et hoc quod dicit mysticum sensum debere includi pro duobus testamentis in duobus gladiis unde doctores admittunt. Sed quod non etiam ad duas potestates posuit mystice transfigerri non probatur ab aduersario. unde sue objectiones cuncte ea facilitate contemnitur qua probantur: ut hoc quod christus de gladio conuertendo in vaginam intellexit quod gladius spiritualis non debet pugnare: quod sensus iste admittetur quonodo tamen reponi posset in vaginam nisi quod etiam spiritualis iurisdictione esset in vaginam intendenda et non exercenda quod est falsum. hoc ipsum voluisse christi. unde et illud falsum quod gladij sint due potestates in ecclesia non sub iurisdictione pape. Insuper falsum quod si papa haberet dare imperatori gladium quod tunc per regulam iuris: qui per alium: etiam ipse papa effundere sanguinem. Hoc enim esset verum si papa sive imperator exerceret immediatam executionem sic enim esset etiam effusor sanguinis ubi papa suam immediatam executionem ei committeret vel per suam argumentationem habet concedere mains inconveniens: quod videlicet deus a quo assedit suam potestatem imperiale dependere immediata sit effusor sanguinis sicut et imperator. Regula enim intelligitur in his quod sunt eiusdem generis et ordinis.

C Capitulum incipit quartum. Aduersus quartum dogma roselli quod pilatus habuit ordinariam potestatem christum occidendi licet fuerit filius dei et est similitudo habens tres partes.

Vnde iam aduersus quartum latibulum expedit tractare sunt primo aduersarii positiones aduertende et demum earum imputationes per plurima capitula ut patebit in eorum divisione. Quo ad primum ergo notandum quod super euangelicum dictum Job. xix. dum christus dixit pilato: Non haberes potestatem in me ullam nisi tibi datum esset desuper. Aduersarius quatuor eliceret conatur. Primo quod potestas pilati erga christum fuerit omnino iuridica. Secundo quod punitione peccati ade fuit ordinata ideo ab ordinario iudice debuit fieri. Tertio peccatum ade fuit universale: ergo ab universali domino debuit puniri: et quia talis fuit princeps romanus Tiberius: etiā preses pilatus in iudea fuit iudex super christum ordinarius. Quarto nisi ergo romanū imperium habuisset iuridicam potestatem in christū non fuisse per eius mortem ade peccatum delatum.

Hec dicit probare nimirum per auctoritates doctorum
tum in eum finem ut defendere valeat suam positionem
erroneam in qua afferit romanum imperium seu etiam
monarchiam mundi recepisse suam auctoritatem in temporibus
immediate a deo: et non in tempore gratiae: a papa habens illud recognoscere. Probat ergo primo
per Aug. sup Jo. xix. dicentes super predicta verba: Non
habebis in me potestatem et cetera. Discamus ergo quod
dixit: quod est apostolus dixit: Quia non est potestas nisi
sia a deo. Item per theophilum super illa verba christi ad
pilatum: A temetipso hoc dicit: an alii tibi dixerunt
de me, ubi dicit: quod ideo christus hec verba pilato ob
iecit ut daret ei intelligere quod ordinariam deberet face
re inquisitionem super eo: an esset rex indeo vel non.
Item per Bernhardum super dicta verba: Non haberet po
testam et cetera. ecce quomodo desuper tradita fuit potes
tas pilato super christum. Item ex verbis christi vbi
dixit: Propterea maius peccatum habet qui me tradidit
tibi. quod videlicet pilatus ex ordinata potestate ipsum
occidit. Iudei autem non. Has inquam probationes spar
sim hincinde in suo tractatu tanquam ab auctoritate pro
cedentes reperi. Et quia directe non adducit alia ad
premissa iam facta: sed soluz indirecta. ponit plura ar
gumenta super eo quod romanum imperium omnino imme
diata a divina voluntate processerit et hoc in ultima par
te sui tractatus: ideo hic non allegatur: sed inferi po
tiora inter illa recitans et soluuntur in replica contra
dogma octauum.

C Secunda pars capituli fundatur super quadam
discussionem.

Vestioni dignum videtur cur tantus doctor
tam inusitatum dogma in dictis doctorum
utique nunquam ab eo repertum ut patet in prob
ationibus suis et argumentis supra notatis ponere
ausus fuit. Si enim quoque modo probare per auctor
itates sanctorum sub propria verborum forma potuerit
quod pilatus ordinariam habuisset in christo potestatem
et quod nisi illam habuisset humanum genus per christi
mortem non fuisset redemptus: utique non omisisset illa
dicta adducere: unde et minima ratione hoc probare po
tuit. Ad quod dicendum est quod quia tota sua intellatio
versat ad probandum quod imperator non habeat reco
gnoscere suum dominium et iurisdictionem in tempore
libus a papa sed quod solum immediate recipiat a deo.
et quod ita semper receperit monache mundi hoc habuit
necessario afferere etiam ante aduentum christi quando
non erat potestas papalis: ut per hoc posset probare
quod iam post aduentum christi etiam imperatores habeant
suam iurisdictionem in temporalibus a deo immedi
ate quasi arguendo. Sicut ante aduentum christi impe
ratores receperunt immediate a deo ita etiam suam iur
isdictionem: et sic arguere et probare coactus fuit ex eo
quod iam non potest inuenire in tota sacra scriptura exp
lasm et explicatae commissione factam alicui imperato
ri super temporalia: nisi collationem clauium et triunam
comissionem palecendi gregem dominicum: cui colla
tioni clauium: ne includeret etiam iurisdictionem tem
poralium fuisse petro concessam erogit autem illi mo
dum probandi: sicut ante ita et post recipiunt imperato
res suam iurisdictionem et cetero et ipse liberius qui
tunc erat monarcha quando christus contulit potesta
tem clauium habuisse suam potestatem a deo vult ar
guere: quod christus illam non potuerit alteri dare sed pe
tro adiungendo: cum et ipse christus erat sub iurisdictione
liberius. Ex quibus argumentationibus vltius pro
cessit comparando causam aduentus christi in carnem
que erat ut ade peccatum deleret ad monarchiam liberij

que se extendebat ad omnes in erroribus quos pecca
tum ade inficerat fantasando: quia parvus error in
principio: magnus in fine, et uno inconvenienti dato:
multa sequuntur. dicit concludendo et minime proban
do. quod nisi liberius seu pilatus habuisset iurisdictionem
in christum et ordinariam potestem nunquam ade peccatum
fuisse deletum: et sic estimari potest origo seu iniusta
ti dogmatis. hoc autem quod dictum est quod fantasando
sic conclusit nihil probando patet ex suis ineptis pro
bationibus. Nam in capitulo. Pandat sui tractatus
dum vult ostendere quod imperium non recipit suum esse
formale seu auctoritatem ab ecclesia et innuit tali su
damenito quod imperium precedit ecclesiam. et auctoritatem
ab alio non potest procedere ipsum auctoritatem sicut nec
effectus suam causam. Et quod imperium precedit ecclesiam
am dicit hoc esse manifestum dum christus qui est fun
damentum ecclesie solvit cesari tributum: quod est sub
sectionis signum. oia hec probans more suo per canones
et leges de quibus non dubitauimus quantu ad iuris
processum super actus humanos ad quem processum
actus diuini de quibus nostra contentio versatur non
sunt limitati. Nec obstat si dicatur: Omnis iustitia hu
mania derivata a divina: ergo etiam probare divina per
humana non est inconveniens. Rendet enim verius
esse quod derivata vel a deo permittente: vel a deo ordinata
permittente et a domino usurpatu quale erat roma
num. ordinata et erat dominium in linea christi ut pu
tabat. Ad propositum redeundo dum rosellus dixerat
imperium processisse ecclesiam redditus causam: quod chri
stus soluit tributum. Reddit etiam causam: quod mor
iens fini ordinacionem dimicam a preside cesaris or
bis universalis voluit iudicari: que potestas dici de
beat in christum fuisse iuridica cuius dixerit Iacobus xix.
Non haberet in me potestatem ullam nisi tibi datus
esset desuper. et vult per hoc probare imperium iuste a deo
processisse. Item probare hoc ubi Augustinus dicit: Discam
ergo quod dixit quod et plus docuit quia non est potes
tas nisi a deo. et consequenter dum per se subdit rosellus
licet quidam potestatem illam fuisse usurpatam
et non ordinariam: quod forte concedi debet respectu in
nocentie ipsius christi. et quia tanquam filius liber erat: ei
tamen respectu quod in tali punitione fuit deletum pec
catum ade in quo omnes peccatores eramus necesse
habes dicere potestem ordinariam affuisse et illam fuisse
eius qui punitionem ordinariam iniuxit christo: quod
fuit dominus universalis ut Tiberius. et quod debuit affi
sus probat: quia punitione non iuste inferi. nec dicatur puni
tio nisi illata ab ordinario: ut Augustinus dicit. xxviii. vi. iii.
c. sex differentie. Ad solvendu enim hec summarie quod
tuor dicit. Primo punitione peccati ade fuit ordinata.
ergo ab ordinario iudice debuit inferi. Secundo per
catu ade fuit universalis. ergo ab universalis domino
debuit puniri. Tertio nisi romanum imperium habu
isset iuridicam potestatem in christum non fuisse per
mortem christi ade peccatum deletum. Quarto potes
tas ergo pilati fuit erga christum omnino iuridica.
Sicut etiam ipius cesaris. hec quatuor sunt iam per
ordinem impugnanda. Et primo fundametu ex quo
processit hic error quod posuit prioritatē esse imperij ad
ecclesiam que tamen dicitur incepisse a primo abel in
sto fini Gregorius in homelia quadam. tamen dato non con
cesso quod prius fuerit imperium quam ecclesia. hoc magis
deseruit ad imperfectionem et ignobilitatem quam ad prio
ritatem dignitatis: de qua prioritate rosellus preten
dit sicut et Cain qui prius natus fuit quam Abel et prius
condidit ciuitatem ut textus Henricus habet et primus ere
xit dominium usurpatum ut inferius. c. vii. in principio

deducitur: post quod etiam dominia usurpata insur-
reverunt per quatuor monarchias mundi designatas
per quatuor partes statue Nabuchodonosor. Dani.
is. videlicet Assyriorum: Persarum: Grecorum: et Ro-
manorum, que quidem et precipue Romanorum quod
fuerant usurpata ostendit lapis precius de monte
virgineo christus natu qui pedes statue: id est roma-
num imperium percussit unde et cecidit: quia non a
deo ordinatum erat: sed tyrannicum et usurpatum
militans principi infernali cui seruit et quem co-
luit. que singula iam breuissime tanguntur: eo quod in
sequentibus latius de illo tractatur ubi duplices mo-
narchie veri et usurpate catalogus et origo describi-
tur. Solum hoc ad presens dicimus quod totum funda-
mentum roSELLi falsum est unde et omnia que supere
dificat. Probare enim debuisset monarchiam urbis
fuisse ante adventum christi a deo ordinatam in ples-
ua iurisdictione super omnia inferiora quod quia fa-
cere non potuit: sicut oppositum difficile deducitur:
non solum per hoc quod tactum est de percussione
statue sed etiam per hoc quod princeps huius mundi cui
imperium seruit: et qui per christum ejscendum erat
dicente eo. Jam princeps mundi huius ejscetur fo-
ras: dans intelligere quod illud regimen mundi quod prin-
ceps in manu tenebat et quem romanum imperium cole-
bat erat terminaduz: et vera ordinata est a christo mo-
narchia iducenda. Nec et plura alia successiue patebunt.
Ex quo solum principale concludimus videlicet quod ro-
manum imperium et tyrannicum et usurpatum nul-
lam habuit in christum iurisdictionem ipso salvato-
re attestante. Veneris princeps mundi huius et in me
non habet quicquam supple iurisdictionis.

C Tertia pars capituli super solutiones argumen- torum.

Onsequeenter improbemus et alias eius pro-
bationes soluendo eius argumenta. Cum
enim probare nimirum preudem habuisse iur-
idicam potestatem in christum per hoc quod textus di-
xit: Non haberes potestate ullam in me nisi tibi da-
tum esset desuper. Et consequenter qualiter intelli-
gendum sit ab Augustino nimirum probare: qui apo-
stoli dictum Romani. xiii. ca. adducit. Non est po-
testas super terram nisi a deo. Quis iam non aduertit
eius inuidiam probationem cum sicut nullibi men-
tio sit de ordinaria potestate ita necessario de usurpa-
ta oportet intelligere: cum ambe sint a deo una ordi-
nata dispositione que et ordinaria dicitur. Altera deo
permittente que et permissa sub tyrannica potesta-
te. Sic enim intelligere oportet: si omnis potestas sit
a deo. inquantum enim potestas est bonum nature
et bonum politicum secundum quem modum etiam in bru-
tis dominum reperitur utique a deo est: cum tamen
abusus a deo non est. unde illud Jeremie. ix. Ipsi res-
gnauerunt et non ex me. principes extiterunt et non mi-
si eos: de quo qualiter singula intelligenda sunt vide
infra. c. vii. in principio. Secunda denique probatio que
potius sequela est sive consequens ex prima iam mi-
nus valida: si nullius roboris cernitur cuius dicit: quod
quia in punitione christi fuit deletum peccatum ade
in quo omnes peccatores eramus: necesse habeamus
dicere potestatem ordinariam fuisse et illaz fuisse que
in Tiberio qui erat universalis dominus orbis erat.
Ubi primo nota quod quia ut iurista roSELLus loquitur
punitionis termino vititur et non passionis: dicens in
punitione christi et. Item secundo quod quia humano
modo punitio delicti requirit presidentis aliquius au-

ctoritatem. Ideo dicit: necesse habemus dicere potes-
tatem ordinariam fuisse: id est affuisse: quam quidem
cesari pro tunc existenti attribuit. Item nota quod quia
inter quatuor que postea summarie enumerantur hoc
idem replicatur duz dicit quod quia punitio peccati ade
fuit ordinata ideo ab ordinario iudice debuit inferri.
Ideo una solutio utrobius sufficit. Presupponendo
enim quod tamen nullo modo conceditur. Dato enim
licet non concessio quod Tiberij auctoritas fuisse ordinaria
ad hunc tamen nunquam se ad christum extendisset ut
opus redemptionis non potuisset expleri nisi sua au-
toritas concurreisset prout aduersariis hic semper co-
cludere nimirum nisi christum purum hominem et sub
potestate cesaris constitutum autemare vellet: quod
esset hereticum. hec successiue patebunt. Sed ad hoc
cum dicit: Punitio peccati ade fuit ordinata: dicimus
quod duplum hoc habet intellectum. unum verum. al-
terum falso. Si intelligatur secundum quod omne peccatum
eo ipso quod peccatum iam ordinatur ad punitionem tanquam
ad bonum. secundum quem modum Augustinus in libro
soliloquiorum dicit: Jussisti domine et ita est ut nunquam
decedus culpe sit sine decoro vindicte. Sic habet dis-
cumentum roSELLi veritatem. sed quia talis ordinatio est ab
ipso deo et ita ordinata fuerat ab eterno delictum ade
ad punitionem seu potius satisfactionem christi et non
ab ipso cesare. Ad quem roSELLus nimirum referre tales
ordinationem quod valde absurdum censemur vario
respectu. Primo cum ipse Tiberius non fuerit legis
lator delicti et punitionis ade sicut ipse deus qui dire-
rat primis pareti: Quacumque hora comedetis mor-
te moriemini. et sic minime alii monache mundi qui
omnes minime supererant. et si diceretur eos superfu-
isse in potentia et divina preordinatione futuros: dici-
tur quod preuisit ut perditios filii aderant ad servientem
ei qui casum et delictum illorum parentum induxit
sicut et de facto fecerunt. Secundo eo respectu quod et ipse
Tiberius ita obnoxius erat et redemptione christi in
dignus er delicto ade in quo omnes peccauerunt fui-
cut minimus sui imperii subditus. Eo etiam respectu
quod nec interior Tiberij aut pilati ad punitionem deli-
cti ade quoquo modo cerebatur qui soluz timore sui
cesaris dum sibi iudei obiciebant. Si hunc dimittis
non es amicus cesaris: petitioni eorum consenit. Et
quidem fastidit animus replicare contra tam pueriles
objectiones dum consequenter dicit: Punitio ade
fuit ordinata ergo ab ordinario iudice debuit inferriri
volens illum excludere in quem delictum erat com-
missum scilicet deum et introducere illum in uidicem
ordinarium qui per se in illo delicto obnoxius erat:
quod in tantum est verum ut: Utinam damnatus
non fuisset. Est etiam contra eius puerilem evasio-
rem dum dicit: Et si ratione innocentie christi pilatus
fortassis usurpata et non ordinaria potestate usus fit
eo tamen respectu quod delictum erat puniendum vni-
uersale necesse erat ordinariam potestatem affuisse.
Hic duplex sensus datur quorum nullus roSELLus es-
seruit. Assuit enim ordinaria potestas eius in quem
delictum erat commissum scilicet dei. Item proprius
sensus quod est ab visitato dominio ordinaria punitio
sepe sit: per hoc tamen non probatur dominium esse
a deo ordinatum et non usurpatum prout roSELLus es-
simat hic in suis dictis quod omnis punitio ordinaria ab
ordinario et non usurpato dominio procedit cum secundum apostolum: Omnis potestas portat gladium in vici-
dictam malorum et laudem bonorum. Quod si obiectur
quomodo potuit pilatus ex usurpata potestate ordi-
nariam protulisse sententiam contra christum quem

nouit innocentem. Respondetur quod hic alludit discus
sio difficultatis que et iuristis:imo et a theologis. ut a
sancto Thoma secunda seculi. q. lxvij. mouetur an
licet iudicari veritatem quam nouit pro
pter ea que in contrarium ponuntur seu ut iuriste lo
quuntur sicut allegata et probata. aut sicut iudex co
gnoscit veritatem. Hoc tamen omnino presuppono
quod protulit ex usurpata potestate iniquam et non ozi
dinariam sententiam in christum. tamen quia nouit
eius innocentiam unde et latuit manus et. tum etiam
quia non sicut allegata et probata processit. quod pa
ret. quia dixit: Ego nullam causam mortis inuenio in
homine isto: sed neque berodes et. Unde hoc quod di
xit: Quod ab usurpato dominio: sepe ordinaria punitione
fit. hoc dictum posui quod rosellus estimat posse pro
bare quod ordinaria potestas fuerit apud pilatum eo quod
ordinariam punitionem pro delicto imposuit. quod
iterum falsum est duplice respectu. Primo quia ut
dictum est illa ordinaria punitione facta fuit ab eo in
quem delictum fuerat commissum scilicet deum. Se
cundo quia sententia Pilati solum per accidens co
operata est ad punitionem licet per se et ab eterno preui
sum fuerat a deo ut ab iniquo iudice innocentem de
beret condemnari. Ex quibus omnibus faciliter reli
qua dicta roselli condemnantur. hoc ipsum videlicet
quod tertio insertum peccatum ade fuit vniuersale: ergo
ab vniuersali domino debuit puniri. quod iterum ha
bet duplum sensum. Unum verum scilicet ab vni
uersali domino omni creatore puniri debuit: eo quod
pura creatura satis facere ex condigno per modum
redemptionis non potuit. Secundus sensus est fal
sus scilicet quod ab vniuersali domino terreno monar
chae ut rosellus autem natum puniri debuit varijs ut sus
pia tactum est respectibus: precipue enim ipse Tibe
rius non fuerit delicti ade et eius punitionis legis la
tor et falsissimum. ergo et hoc quartum cum quanto
quod concludit nisi romanum imperium habuisse
juridicam potestatem in christum non fuisset per ei
us mortem ade peccatum deletum. hoc enim consequens
nullo respectu potest saluari licet precedentia aliquo
modo saluantur et patuit. Nam in casu ut possibile
dato in esse nullum sequitur inconveniens: si deus
penitentiam ade suscepisset in satisfactionem pro to
to genere humano sicut eius delictum totam posteri
tatem eius infecit. et ipse Liberius redemptus et ca
tholicus monarchiam iuste gubernasset sicut moder
ni existunt post aduentum christi imperatores adhuc
nullam iurisdictionem in adam habuissent etiam mo
narcha qui tempore ade gubernasset: cum ut dixi no
erat nec fuisset legis latror delicti et transgressionis
eius: quanto minus ipse Liberius vel quicunq; aliis
monarcha erga christum et eius voluntariam pas
sionem. Preterea aliis respectibus: quid enim verba
christi important super quibus rosellus se fundat.
Non haberes potestatem in me ullam nisi tibi datus
esset desuper. Ponderat et hec verba christi. Potesta
tem habeo ponendi animam meam et iterum sumendi
eam. Nonne si reus coram iudice has contrarias sen
tentias contra sententiam mortis a iudice ferendam
proferret: iudex cogeretur agnoscere: quod per suam sen
tentiam nisi sponte velit non poterit eum interficere.
erit ergo sua potestas si eum mori contingat unde p
missiva ut delictum indicem commissum puniatur:
non ordinaria ex necessitate condemnans ut roseli
lus hic non solum ordinariam potestatem: immo et
eius necessitatem extremam super christum adducit

in opus redemptionis humanae qui tamen potestas
tem habuit pro tunc ponendi animam: id est vitam.
partem pro toto: et iterum sumendi eam. ex qua etiam
sententia plurimū estimatur quod christus senio nunc
descisit habendo videlicet respectum ad coniunctio
nem anime ad verbuz cum ab instanti sue conceptio
nis semper fuit verus comprehensor et verus viator.
Quā puerile ergo dictum nisi habuisse romanum im
perium in christum iuridicam potestatez: non fuisset
humanū genus redemptū. Quis vñq; doctoz posuit
receptionez humani generis necessitatē talē traxisse
ex monarchico regimine orbis. vbi solū i eoꝝ scriptis
passionis necessitatē referunt ad diuinam p̄ordinationis
nem. vii Tho. in. iij. par. vbi querit: An necessariū fue
rit christum mori p̄ humani generis redēptione: Lo
corditer et alij omnes doctores dicunt quod p̄supposita
diuina ordinatione que sic per viaz iusticie multis re
spectibus mūdum redimere voluit: necessarium fuit
christum mori. Quod si dicatur: cū oīa ex diuina p̄nide
tia attingunt vt pote attingens a fine vñq; ad finez for
titer. disponēsq; omnia suauiter vtigz ministerio nō
caret cū sub monarchico regimine vrbis romane na
sci et mori voluit. Ad quod respondetur omissis ratio
nibus cuꝝ non tempore legis nature aut legis scripte
circa videlicet eius initii christi nasci voluit. sup quo
diuerie et plurime assignant a doctoribus rationes.
Dicim⁹ quantū ad preiens spectat quod i fine tēpō etiā
in vltima monarchia que et romana cuꝝ christus alia
in mundo nō sperat nisi dicere velim⁹ de monarchia
antechristi q̄ tñ annis tribus cū dimidio iuxta Dani
elē. et Jo. in apocal. durare habet: cōuenient christus
nasci et mori voluit. Eo etiā respectu et illo in tpe quo
ad summā iam dementiam monarchia orbis in vrbē
deuenerat qđphanus pantheon demonstrabat vbi
omniū gentiū idola colebant: et cur h̄ nīl ut vbi abū
dabat delictū sagabundaret et ḡra: et q̄ magistra erat
erroris: magistra efficere virtutis. Nisi enī ex cōpa
ratione virtutis: virtus non cognoscit. inq̄t Jero. sup
Math. Eo etiā in tpe in quo totius orbis descriptio
fieri posset quod sicut nec ante nec post futurum esse p̄su
mit vt pote in summa iā pate mūdo cōstituto ad de
signandū et dicit Grego. in homel. natali christi. Qđ
ille in carne venerat q̄ electos suos ascriberet in eter
nitate cum econtra de reprobis dicitur: dejeantur de
libro viventium et cum iustis non scribantur. Et in
summa pace orbis apparere dominus in carne voi
luit: ad designandum quod ille in mundum venerat qui
orbem deo patri reconciliaret. Di sunt termini quos
posuerunt patres nostri: quos tamen a Rosello tuo
pauperculo ingenio transgredere presumis: diuina
inhibitione non obstante dum dicit. Ne transgredi
aris terminos quos posuerunt patres tui. Solutum
tur deniq; per precedentia ea que ex verbis Theos
pholi et Bernhardi idem probare nūtitur apud Lis
berium suisce ordinariam potestatem: quia Theos
philus asserit quod occasionem christus pilato tradere
voluit ut ordinariam faceret inquisitionem et. Mas
nifestum est enim quod per hoc non concluditur apud
romanos suisce a deo ordinatum et non usurpatum
dominium sicut nec ex dictis Bernhardi. Quod quia a
superis data fuit potestas pilato ergo ordinaria: cum
etiam usurpata potestas a deo dependeat: ut ex vas
ris ostendem⁹ documentis inferi⁹. alia sua documenta
precedendo videlicet vbi sp̄ allegat sicut tñ non probat
quod monarchia vrbis semper fuit ante christi aduentū
iusta contra qđ ostendem⁹ quod semper tyrannice fuit

acquisita ponendo cathalogum vtriusq; monarchie
premittre tamen oportet varia documenta super do-
minij divisione.

Capitulum quintum.

Aduersus quintum dogma roselli in quo assert
imperium romanum semper ab initio fuit iam post
christi aduentum fuisse a deo ordinatum. Et habet
hoc capitulum tres partes sicut alia.

Um iam quintum dogma rosell' expediatur
infringere est notandum. Primo q; qz in cō
mēdationem monarchie vrbis ponit tria vi
delicq; semp ab initio fuit a deo volutuz et ordinatū.
Secundo q; immediate a deo deriuatuz. Et tertio q;
semp iusto titulo conquistatum. ideo de his tribus p
tria capitula sequentia procedemus. Et ad primū sicut
primo eius argumenta aduertenda. et demū earuz im
pugnationes et solutiones per plurima documenta p
tractanda. Quo ad primum dicit: quasi circa innume
ra loca sui tractatus. Qz quia romani non nisi dei vo
luntatem obtinuerunt orbis imperium ideo illud iu
ste habuerūt et hodie habent. antecedēs quod dei vo
luntate obtinuerunt pater: quia cum romanorum bel
la tendebant in bonum pacis et quiete; vniuersi: et oē
bonum sicut: et omne datum optimū et donum perfec
ctum defussum sit descendēs a patre luminum Jac.
j. z. iii. q. j. quā pio. Ideo iuste et non usurpatue orbez
subiugarunt. pbatur auctoritate Augl. v. de ciui. dei
dicētis: Voluit deus romanum esse tam potens im
perium. Item in eodem cū dicit: due fuerunt cause p
pter quas romani tam magna fecerūt scilicet defensio
pprie libertatis: et cupiditas glorie. Item dicit q;
solum deo permittente. sed et concedente talia fecerūt
pprē maximū bonū quod inde fuit secutuz p et erat
par et quies vniuersi. Probat et ex septem indicis q;
bus diuina voluntas manifestatur ad modum quo
humana voluntas nobis manifestatur: licet nos alio
modo procedamus. sed fin eum manifestatur interdū
scilicet ex actibus consuetudinis. Item ex consuetudine sue
regionis. Item ex actibus preteritis. Itē et ex sequē
tibus. Item ex dignitate eius cum quo deus dispo
nit. Item caritas et necessitudo. Primo ex actibus cō
suetis: quia consuetudo dei apparet in suo regimine:
et per unum regem regit sicut superiorē ita et inferi
orem orbem. xxiiij. q. j. hec imago. ppterē unum ho
minem condidit cui vniuersale dominū cōmisit. Itē
populū suū semp per unum regi voluit. viij. q. i. de
nig. Item ut supra tactum est sic inuenitur in apib:
Item hoc patet ex consuetudine regionis dei: id est
celi cum celum regatur per unum. Probatur etiā ex
precedentib: et securis ex antecedētibus actibus vel
le romanos iuste orbis terrarum imperium nancisci.
a pncipio enim sicut deus permisit romanis totū or
bem debellare et hoc vtiq; ad finem bonū. Ergo dicit
q; vtiq; hoc imperium a deo pcessit a quo omne bo
num ut supra tactum fuit. Nolunt enim entia male
disponi. vnde pluralitas pncipum mala quare unus
princeps. xij. metaphysice. Sequentia etiam ex antece
dentibus pbant dicit. Nam ter postq; christus nat
est cesarem recognouit ut vniuersale tēporalium doi
minum. Primum cum pasus est se describi Luc. ii. dū
vniuersus orbis fuit descriptus qd christus nō fecis
set si iniustū dominū cesaris cognouisset. Et ex illo
rosellus approbat sententia Bar. ff. de cap. l. hostis.
q; hereticus est si quis negaret cesareū et vniuersalez
dīm orbis. hoc enī est peccatū arioland. i. nō obedi
re et qsi scelus idolatrie nolle acē scē. xxij. vi. presby
tero. Secundo ipm cesarē dīm orbis christū recogno

uit cū ostento sibi nūmismate census inquit imago
cesaris. Reddite q; que sūt cesaris cesari. xxij. q. viii.
Quenior. Itē tertio cū ipsi sensuz seu tributum solnt
qd est subiectonis signuz de quo est tex. xxij. q. viii.
tributū. Probat et quinto ex dignitate virtutuz q; ro
mani pollebat apud deū et hoies vt dicit rosellus alle
gādo varius auctores sup v̄tutes romanoz. q; iuxta
polliciatū romani quietē libertatis et iusticie gentiuz
amicitiiez: matritate consilioz et grauitate verborum
et operum optinuerūt vt tandem orbem terrarū subi
cerent sue dictio. Et iuxta Valerius libro. iiiij. Quili
bet rem patrie non suam ampliare pperabat et poti⁹
esse pauper in diuīte imperio volebat qd diues in pau
pere. et Augl. de ciuitate dei. vhi supza. c. xix. Eos ex ei
pla de zelo patrie exclamat quod p ipsi⁹ libertate nō
nulli pprios filios occiderūt vt Dux consul: et de
inde T. orquatus et aliqui p patria sibi ipsi⁹ morte p
priam constituerunt: vt Marcus curtius qui arma
tuz arrupto terre cū equo p patria se deiecit: et Mar
cus regulus recte patrie cōsulendo voluit potius di
uersa tormenta subire qd patriā recto consilio defra
dasse. Et eodem li. c. vi. dicit: eorum mos nobilissim⁹
erat. parē subiectis et debellare superbos. Acceptaq;
iniuria ignoscere potius qd prosequi mallebant. Lō
cludens rosellus post plures cōmendationes qd po
pulus ipse romanus sanctus: pius: felix: atq; deo nō:
eius virtutibus et dignitate meruit alijs anteponi na
tionibus. Probat et sexto ex ratione caritatis ostense
a deo erga rem publicam romanam dum quod illaz
voluit deus varijs decorare dignitatibus. Nam pre
cioso sanguine apostolorum Petri et Pauli voluit il
lam dedicari. xxij. di. c. ii. de electio. c. fundamenta. li
vj. Item varijs signis decorari. vnde recitat de Ro
mulo qui videntis orbem quasi totam a Sabinis de
bellatam voulit deo templum se constructurum. vnde
de exposito miraculose hostes ab urbe vituperose fu
gauit. Refert insuper quomodo Augustus cesar di
uino indicio imperium sumpsit. Nam vt dicit Sue
tonius dum ab Appollonia ad quam missus fuerat
studij causa varijs de imperio post mortem cesaris
tractantibus orbem intraret hora fere tertia subito
claro et puro sereno croculus ad similitudinem cele
stis arcus cinxit orbem solis quasi: vt dicit Orofius
monstraret eum unum et maximum in mundo et so
lum solem clarissimum: cuius tempore venturus erat
qui ipsum solem solus et totum mundū fecerat. Hinc
exclamat rosellus. Oigitur miseri qui tam dei mani
festis signis et lucide resistunt voluntati: Non enim
peccant in cesarem: non in imperium: non in homi
nem alium: sed in deum qui eternaliter hec constituit
mundum melius regi per unum. xxij. q. v. hec ima
go. xj. q. iij. qui reficit. Plura enim deducit ibi rosel
lus quomodo bellorum euentus tanq; miraculosis
indicis romanum imperium decorantibus fuit exor
tum. Nititur et septimo probare ex eo qd cum volun
tas dei vel hominis manifestatur adesse vel abesse
ratione necessitudinis: id est cōsanguinitatis fin glo.
ab eo allegatam. ff. de reb. dubi. l. si seruus. s. fina. et
deus romanos suscepturnus erat in filios adoptionis
de consecra. di. ii. c. quia corpus. et remoto israel habi
turus cum eis erat cognitionem spiritualem: et ideo
sicut constituturus erat in romanis caput sue ecclie et
vicariatum: ita et monarchia. plura adducit in eodē. c.
qd incipit: Uoluntas etiā occulta et. Nitit pbare de
mū p fortis qbus romani vñ sūt cū emulis sepe duel
lando in certaminibus in quibz romani preualuerūt
que tamen anteq; probationes a theologis reputan

pueriles cum parum desertuant ad ea que fidei sunt
Concludamus per suam iterum exclamacionem quaz
facit redeundo ad principale videlicet ad ordinariam
potestatem pilati super christum quam ipugnare semper
habuimus qd quia peccatum ade erat vniuersale
et ipse adam habuit dominum priuatum totius crea-
ture necesse fuit ut per tale dominium alteri collatur
scilicet romano imperio: etiam illud peccatum punire-
tur. Et dicit qd hec est ratio cur christus in quo puni-
tum est peccatum ade de sum. trini. c. firmiter. voluit
a pontio pilato iudicari. non a inde vel ab herode:
quia pilatus erat preses Liberij principis vniuerso.
Vnde vt successor ade primo parente iuste poterat ei?
sclera et contra deum delicta comissa damnare. Nam
si alii non fuissent vt dicit: vnde nec iudicis punitio
nem inferre potuerint. et dicit qd hec est ratio cur chri-
stus non alio tempore incarnatus est cum nullus ante
romanos orbis vniuersi nactus fuerit imperium:
sub quibus potuerit christus iudicari et peccatum pri-
mi parentis deleteri. hec in qua argumenta pre cunctis
aliis a rosellio recitantur.

CSecunda pars capituli: quinti declaras materia.
Vlo ad secundam partem capituli notanda
sunt Tho. dicta in prima parte. q. xvij. Ad
quartum quesitum. Dominum accipitur dup-
pliciter. Uno modo fm qd opponitur scrutatori: et sic
dominus dicitur cui aliquis subditur ut seruus. Alio
modo desertur dominum fm qd communiter accipi-
tur ad subiectum qualitercumq; per quem etiam mo-
dum ille qui habet officium gubernandi liberos ho-
mines domin? dici potest. Si iam lector dicat ad qd
valet hec distinctio contra rosellum: Respondeatur qd
quia magnam vim facit rosellus de dominio nature
lapse: quasi et illud immediate fuerit a deo ordinatus
non obstante abusu dominij: ideo vt ostendatur qd
hoc non habeat veritatem sed solum dominum secun-
do modo acceptum fuerit primus a deo immediate
institutum quale scilicet fuisset in statu innocencie: ideo
suum fundamentum in suis processibus cernitur fal-
sum dum dicit: Qd dominum iam in nature lapse est a
deo immediate institutum licet verum sit qd est a deo
permisum sed iam tempore gratie ordinatum vt in
secundo documento patebit. Secundum documen-
tum: qd in triplice differentia se habuerunt dominia
sue monarchie mundi. fuit enim quandoque monar-
chia vera et tamen usurpata et a deo permisa. Itet ve-
ra et non usurpata. nec tamen mera id est a deo imme-
diata ordinata. Itet vera monarchia et mera ac iusta
simpliciter a deo ordinata. Prima fuit tempore legis
nature. Secunda: tempore legis scriptae. Tertia: tem-
pore iam gratie. de quibus ad plenum inferius in. vj.
et eius quarto documento. romanum ergo imperi-
um quia tempore legis scriptae fuit exortus: et insimul
cum tempore legis nature vslq; ad christum quatuor
monarchie fuerunt suborta videlicet Assyriorum: Per-
sarum: Macedonorum: et Romanorum. concurren-
te tamen semper vera monarchia in linea christi ab
initio vslq; ad ipsam electionem mundi principis: de
qua mentionem ipse salvator facit in euangelio dicere
Iam mundi princeps iudicatus est. Et iterum: Iam
mundi princeps ejusque foras. vnde romana monar-
chia tenuit dominium usurpatum cum ceteris supra
notatis vslq; ad christi incarnationem et clauium pe-
tro collationem que singula qualiter veritatem habe-
ant in sequentibus patebit tractando etiam de La-
thalogo triplicis monarchie. vere et usurpate. vere et
non usurpate. nec tamen mera et veri meri et iuste mo-

narchie a christo introducte. licet not? sit catalogus
huius tertie monarchie a tempore videlicet constanti-
ni magni usq; ad hec tempora. non sic autem aliorum
regnorum de quibus differere oportet per ordinem.
Pro quo nota qd quia rosellus dicit: Romanum im-
perium semper a suo origine habuisse quatuor priu-
legiatas prerogatiwas utpote ex diuina et beneplacita
voluntate processisse. Secundo qd etiam immediate
a deo semper traxerit originem. Item qd iusto titulo
semper fuit possidens. Item non usurpatum et tyran-
nicum etiam ante christi adventum. hec singula suo
ordine maneant discutienda. Ad primum tamen vbi
ad beneplacitam diuinam voluntatem testit illud im-
perium. Jam sequitur tertia pars huius capituli in qd
singula supra recitata argumenta roSELLI solui possit
vnde sequitur tertia pars.

TSequitur tertia pars capituli in solutionem argu-
mentorum roSELLI: premitto tamen quandam dis-
tinctionem super quinq; signa diuine volutatis.

N solutione argumentorum roSELLI adver-
tenda est distinctio super quinq; signa diuine
volutatis prout sanctus Tho. in prima
par. q. xix. Ad duodecimum questum declarat qd si
aliquis potest declarare se aliquid velle vel per seipm
vel per alium. Et per seipm quidem inquantu facit
aliquid vel directe vel indirecte. Et directe quidem cu ali-
quid qd se operatur: et quantu ad hoc dicit operatio fe-
gnu diuine volutatis. Indirecte aut inquantu non
impedit operationes cu fm pfectum in viij. phibitione remo-
uens phibens est mouens qd accidens. et quantu ad h
dicit pmissio signu diuine volutatis. Per alteru aut
declarat se aliq; aliqd velle inquantu aliq; aliq; oz
dinat aliu ad aliquid faciendum: et tale qd alter oz face-
re vel est necessariu dicam ad suam salutem tunc illud pici-
pif: et sic est pceptio. et qd adheret huic necessario qd vi-
ter illud qd posset ipedire salutem: ideo adiungit phibiti-
o: vbi de? phibet mala si picipit bona cu: oppositorum
eadem est disciplina. Uel illud qd est necessariu vt e sa-
lus hz conditione qd possit pfecti cōseq: tunc de tali e co-
filiu qd ordinat ad pfectio salutem sequendam: vt facit
volutaria paupertas et. Et qd his modis declarat ali-
quid velle aliqd: ppter hz ista qnq; nominant interdus
noe volutatis diuine tanq; signa volutatis. Qd si qd
obijicit vbi hz signa in scripturis hnt sūdamēti etiam
simplices et iusti qd sp desiderat adiupere volutate dini
na: et ignorat de istis signis qnq; qd eis faciendum sit.
Itet qd ppendit qd malu hz tñ vnu signu scz phibitio
ne. et bonu duo scz cofiliu et pceptu. et ex parte dei atte-
dit opatio et pmissio. Itet sub quo signo diuine volu-
tatis ponit romanum imperium fuisse exortu. Ad pmissum
dicit qd in oratione omnia cu dicit: Fiat vo tua si in ce-
r in ter. expmunt hz tria signa diuine volutatis scz p-
ceptu: phibitio: et cofiliu: incluse in dei volutate: tunc qd
dui aliq; picipit aut cofiliu aut phiber: sicut ei volutatis
manifestat illi cui facta est talis pceptio: cofiliu: et phibi-
tio: ita du qd petit etiam desiderat et petit qd fiat et iplea-
tur talis volutatis i suis pceptis cofiliis et phibitionib;
vnu sicut hz tria signa ibi includuntur: ita simplices oran-
do suam volutate diuine volutati formant. Et hz dictum
est qd de? no pcepit nec consuluit nisi de necessariis ad
salutem: ita nec phibet nisi qd saluti sunt ad impedimenta
tu ut sunt peccata. vnu sicut huic articulo: Fiat vo: cu:
et pmissum: Adueniat reg tu. ita expost subinsert: Di-
mitte nobis de. no. et. Ad tertium vo dum querit: cur
malu culpe hz tñ vnu signu: et bonu duo scz pceptu:
et cofiliu: cu tñ malu plurib; modis contingit qd bonu ut
phs. ii. ethicorum dices: malu ostarie: et bonu vno:

contingit: quod etia; Dionysii. iiiij. c. de diuino testaf.
Ad quod responderetur qd licet malum culpe multipliciter contingat: quia venialiter & mortaliter: tamen omnia peccata in hoc conueniunt qd a voluntate diuina una & simplici discordant. Ideo unum signum scientie prohibito sufficit ad prohibendum venialia & mortalia. graviora & grauissima crimina. bonitas autem dei quia multipliciter relucet in creaturis. et quedam sunt bona sine quibus diuina fruitione & cose qui no possumus: vt sunt virtutes infuse: fides spes & charitas. respectu quorum est preceptio. Quedam vero sunt bona cum quibus perfectius consequi tale fruitionem possumus ut sunt opera pfectio[n]is de quib[us] datur consilium. ideo unum signum respectu malorum sufficit. non aut respectu bonorum. Item attendenda est alia distinctio inter hec quinque signa diuine voluntatis: quia tria respicunt solummodo creaturam rationalem scilicet preceptio. consilium. & prohibito. Alia vero duo omnes creaturas ut operatio & missio & huius ratio est quia creatura rationalis est domina sui actus & sic ordinata a deo ut per se agat & voluntarie ende ut tri per se actum meritorium assidente diuina gratia possit elicere. proposita sunt ei bonorum & malorum & non solum bonum. immo melius bonum & sic tria signa ut preceptum consilium & prohibito ad hominem ordinantur solum. Alio vero creature quia non agunt sed potius aguntur ut mote ex operatione diuina: ideo circa eas locum habent operatio & missio licet etiam locum habeant circa omnes creaturas intellectuales & rationales substantias separatas bonas & malas circa quas deus operatur & fieri permittit tanta quata ad perfectionem vniuersi habent creature tales deseruire in statu nature lapsed. quod ideo additur cum manifestum sit qd in statu nature institute huiusmodi signa ad modum quo iam nobis manifestant diuinaz voluntatem non sufficiunt necessarie. Pro quo notandum qd semel fuerunt ostense dum tradita fuerunt precepta. Unus nature in verbis: Crede et multiplica mini &c. Alterum discipline: de omni ligno paradise comedetis. & prohibito cum dictum fuerat de ligno scientie boni & mali ne comedatis. Consilium etiam presentatum super penam mortis dicendo: In quacumque hora comederitis morte moriemini: et cum operatio fuit ostensa in eorum creatione & donorum gratuito rum collatione. quia creati in gratia iuxta communem viam doctorum. & missio diuina affuit cum casu diuina prudenter permisit. unde & dicere possumus qd tunc a principio nature institute quinque signa diuine voluntatis innoverunt. que ideo tracta sunt ut scilicet iam diuine voluntatis signa ad nostrum propositum intelligamus. unde ad questionem sub quo signo voluntatis diuine romanum imperium fuit exortum. dicimus qd sub signo permissionis diuine: quod declarat ex quatuor articulis. Primo quia & ipse causus humani generis fuit permisus. Secundo qd & innocens dominium qd videlicet status ille innocentie habuisset fuit amissus. Et tertio quod ut supra patuit missio diuina certitur: ubi mala culpe permittuntur. Ideo & romanum imperium ante christi adventum & quecumque alia dominia sicut fuerunt missa ita & tyrannice usurpata & precipue ultimorum scilicet romanum imperium: occupans illa que iam ab ante isto domino fuerant possessa: id est iusto titulo. Pro quo vide que tacta sunt supra. quomodo videlicet dominum rerum ad minus duobus modis iusto titulo acquiritur: scilicet auctoritate legis naturalis: & auctoritate principis. Ratio concurrit quarta: Si enim

deus voluisse voluntate beneplaciti romanum imperium. cum illud postmodum per se destruere voluit: vt pater Danielis. iij. Qd lapis abscessus de monte fine manibus percussit statu[m] in pedibus. Ubi romanum imperium fuit designatum vt sepe tactum fuit tunc deus in voluntate sua precipue que dicitur voluntas beneplaciti: fuissest mutabilis: quod nemo concedit Numeri etiam. xxij. dicitur: Non est deus quasi homo ut mentiatur: neq[ue] ut filius hominis ut mutetur. Nec valet instantia si rosellus obiceret arguendo qd voluntas dei sit mutabilis utpote etiam voluntas beneplacitum: eo qd Bene. vij. dicitur. Penitentie fecisse hominem super terram. Et Jerem. xvij. Loquar adversus gentem & aduersus regnum ut eradicem & destruam & disperdam illud. Sed si penitentiam egerit gens illa a malo suo: agam & ego penitentiam super malo quod cogitaueram ut facherem ei. Et ubi predixit Ezechie Esaias. Dispone domum tue quia morieris tu Esaias. xxvij. quod tamen non evenit. Respondeatur enim qd hic sunt metaphorice locutiones: id est fin similitudinem mutationis voluntatis nostre. cu[m] enim nos destruimus quod fecimus tunc penitentem illud fecisse. Et ad secundum quando homines non implet quod cominati sunt penitere de comminatione dicuntur. Et ad tertium qd morturus fuissest fin causam inferiorem Ezechias: & hoc sibi prenunciare voluit. vel etiam si non fuissest moriturus fin causas inferiores adhuc deus absq[ue] mutatione voluntatis potuit sibi hoc voluisse insinuare: & tamen illud non evenire: sicut etiam nos possumus absq[ue] mutatione voluntatis nostre velle aliquid facere & postea illud destruere. Ex hac tamen responsione rosellus forte dixisset licet nihil profecisset ponimus tamen hec argumenta ut sua dicta puerilia clarissima pateant. Dicere enim potuissest romanum imperium licet per christum fuissest destruendum: adhuc tamen ex immutabili voluntate diuina & beneplacita fuit exortum. & dicitur beneplacens voluntas que omnia quatuor signa includit diuine voluntatis: ut est operatio: preceptio: consilium: & prohibito: rationem assignando: quia sicut homo absq[ue] ratione voluntatis potest interdum aliquid facere & simul cu[m] hoc intendere ut illud postea destruerat ita & deus potuit ut romanum imperium esset de voluntate beneplaciti: & tamen quod postea destrueretur iuxta visionem Danielis. unde non posset concludi ut propter destructionem romani imperii oicatur illud deus non voluisse exoriri ex beneplacito voluntatis sue. Responsio patet qd omnia ex beneplacito voluntatis diuine procedunt eo respectu qd obiectum voluntatis semper fit bonum intentum vel elicium ex malo. cum vero inter quinque signa voluntatis diuine solummodo missio respiciat malum culpe romanum etiam imperium semper in malo & ad malum seruiebat & laborauit tanq[ue] existenseret in famula tu principis mundi qui per christum eiendiud erat: ideo non nisi per accidens a deo volitus erat inquam tum scilicet ex ipso malo eliceretur postmodum bonum. Juxta illud Augu. in encheridion. A deo misericors est omnipotens deus qd non fineret aliquid malum in vniuerso fieri nisi pariter ex ipso malo eliceret bonum. Unde concluditur iuxta Tho. ubi supra ubi data fuit responsio. Ad questionem ubi quinque signa voluntatis diuine habeant sua fundamenta dicitur tacitum fuit ut supra patuit qd preceptum: consilium: & prohibito. tangitur L. Dathei. vi. capitulo cum dicitur: Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. Ita etiam qd missio & operatio dicatur dei voluntas patet ut

per Augustinum in ancha. Nihil sit nisi omnipotens fieri velit: vel finendo ut fiat: vel faciendo ut sit. De qua etiam permissione loquuntur Innocentius. xiiiij. q. iiiij. questum. Meminerant maiores potestates has a deo fuisse concessas: et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permisum: et dei ministerio esse datum quam auctoritatem sepe rostellus per se allegat: cum tamen non ei suffragatur ut expost patebit. tum etiam ut Aug. de ancha. dicit: quod verum est imperatorum gladii recipere a deo eo quod a papa non recipit nisi ut papa est vicarius dei. quod qualiter intelligendum sit est sequens capitulum: habens quatuor documenta. contra prerogativas quas rostellus ascribit. romano imperio. ubi iam contra secundum est tractandum.

Capitulum sextum. De romanum imperium semper immediate a deo processerit: habens quatuor documenta: quomodo hoc sit intelligendum.

